



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

137. An Ecclesia non censeatur polluta per quamcumque delicti notitiam,  
nisi hoc fuerit per sententiam iudicis declaratum? Ex part. 6. tract. 6. &  
Misc. 1. resol. 17.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

3. Vnde ex his aliqui approbant opinionem Patris Reginaldi in Praxi tom 2. lib. 29. c. 9. sect. 5. n. 18. ubi docet Ecclesiam non violari, si quis vino consecranda immiscuisset aliquid veneni, ut illius supitione Sacerdos moreretur, qui eo sumpto domum rediens mortuus est, quia in hoc casu non adest effusio sanguinis, & homicidium non potest simpliciter dici fuisse in Ecclesia commissum. Ergo, &c.

## RESOL. CXXXVII.

An Ecclesia non consecratur polluta per quamcumque delicti notitiam, nisi hoc fuerit per sententiam iudicis declaratum? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 27.

Sup. hoc in  
sta in Ref.  
140. §. Quo-  
ad secundū,  
& seq.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 4. cap. 3. dub. 2. & Fagundez par. 1. lib. 3. c. 14. n. 34. qui tamen etiam cum Suarez affirmatiuam sententiam probabilem putat, sic enim asserit. Aliqui satis probabiliter asserunt non sufficere quamcumque notitiam delicti, nec Ecclesiam censendam esse pollutam, donec Iudicis sententia declaratum sit Ecclesiam illam esse pollutam. Ratio est, quia illa poena pollutionis Ecclesiae est veluti quaedam censura; & instar censuræ requirit sententiam Iudicis: nullus enim excommunicatus vitari debet, donec per sententiam Iudicis declaretur, ac denuncietur censuram incurrisse. Quod verò huiusmodi poena sit instar censuræ, seu poenæ interdicti ingressus Ecclesiae: proinde instar poenæ censuræ, docet Paludanus in 4. dist. 18. quaest. 8. art. 4. Syluester verb. consecratio, quaest. 9. in fine, & verb. interdictum. 4. quaest. 3. Huc vsque Fagundez & Sayrus etiam lib. 5. de censuris, cap. 16. num. 1. ait pollutionem, siue violationem Ecclesiae esse similem interdicto locali, & Auila de censuris part. 5. disp. 6. dub. 6. concl. 3. in fin. alletit ad interdictum locale reduci quodammodo Ecclesiae violationem: sed post Concilium Constantiense nemo tenetur interdictum seruare, donec per Iudicis sententiam interdicti censura publicè denunciata fuerit. Ergo, &c.

## RESOL. CXXXVIII.

An Ecclesia, qua stetit in campo per longum tempus absque tecto, & ianua, & plena multis spurciis, sic denuo ab Episcopo solemniter reconcilianda? Et explanatur: quod Ecclesis semel consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiusquam seminis pollutione polluta fuerint? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Ref. 93.

§. 1. **A**D hoc dubium ita respondet Stephanus Badius in Theolog. moral. part. 1. tract. 6. quaest. 18. An Ecclesia reconciliatione solemnī, & Episcopali indigeat, quæ ab hæreticis possessa, tam Ministrorum mendacijs, concionibus, ac inuertijs in Ecclesiam, quam sacrilega eorum, infamique cœna, ac sepultura mortuorum infecta fuit? Idemque dicendum, si Ecclesia diu absque tecto, & ianuis plena foret stramine, aliisque spurcijs, animalibus, & naturali hominum vsui, quasi diuersorij locus patuerit. Opinio est Durandi loco citato, malum non esse eam in tali casu solemniter ab Episcopo reconciliari, cui ne subscribam, facit Canon Concil. Nicarni, relatus à Gratian. de consecrat. distin. 1. his verbis: Ecclesis semel consecratis Deo, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollu-

ta fuerint. Quare si eorum nihil sit factum, nihil contra templorum reuerentiam ab hæreticis admilsum, satis erit, si Episcopus, his eiectis, Altaria visiter, & an sint integra, fracta, vel polluta, tam oculis ipse suis, quam aliorum diligentia lustret, iustrata reconciliet, asperione aque benedictæ, benedictione simplici, aut reconciliati per Sacerdotem sua autoritate; ac nomine curet. Ita Baunius.

## RESOL. CXXXIX.

An in Ecclesia polluta signis celebret, remaneat consecrata?

Et quid, si Sacerdos, celebret mala fide?

Et notatur Sacerdotem celebrantem in Ecclesia polluta ante reconciliationem non esse irregularem, nec incur-rere suspensionem ab ingressu Ecclesiae? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 28.

§. 1. **N**egatiuam sententiam ita mordicus tenet Pater Ioannes de Lugo in 3. part. tom. 2. de Sacram. Eucharist. disp. 20. sect. 4. n. 91. vt nominatim contra me contrariam sententiam existimet falsam, credo nixus auctoritate Sayri de censuris lib. 5. c. 16. n. 11.

2. Sed nimis rigide amicus vir se gessit in censura huius opinionis: quæ non solum non est falsa, sed probabilissima, & tuta in praxi: & ideo contra Lugum oppono ex eadem Societate præter Auilam, Emmanulem Sà ver. Ecclesia num. 19. Henriquez lib. 9. cap. 27. num. 5. in Gloss. litera L. & num. 6. in Gloss. litera I. & P. & nouissimè Patrem Perficum de offic. Sacerd. lib. 1. dub. 6. num. 61. ubi postquam posuisset circa præsentem questionem primam sententiam negatiuam, & secundam affirmatiuam: sic ipse postea asserit. Pro solutione præsentis dubij: Dico secundam sententiam esse valde probabilem, & in praxi tutam: propter Doctorum auctoritatem, tum etiam quia præsentia corporis Christi, dum in Ecclesia Missa celebratur, reputanda est pro sufficienti reconciliatione. Ita ille. Cui etiam adde præter alios à me alibi citatos Antonium Naldum in summa verb. Ecclesia num. 24. & Thomam Zerola in Praxi Episcop. part. 1. verb. pollutio Ecclesiae not. 5. An verò hæc opinio procedat, si Sacerdos celebret in Ecclesia mala fide; negat omnino Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 13. Sed affirmat Emmanuel Sà correctus ubi supra verb. Ecclesia num. 19. & alij.

3. Notandum est etiam hic obiter Sacerdotem celebrantem in Ecclesia polluta ante reconciliationem, non esse irregularem, vt perperam voluit Hostiensis in cap. finali de consecrat. Eccles. & hoc expressè determinatur in cap. is qui, de sent. excommunicat. in 6. Imò ego puto neque incurere suspensionem ab ingressu Ecclesiae, per consequens nec mediata, nec immediata sit irregularis, etiam si celebret in eodem loco. Ita Paludanus in 4. distin. 18. quaest. 8. art. 3. conclus. 5. Emmanuel Sà ver. Ecclesia num. 21. Henriquez lib. 9. cap. 27. num. 7. in Gloss. litera M. Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. penult. Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 5. asserit. 21. Auila de censur. part. 5. disp. 7. dub. 3. conclus. 3. Fagundez part. 5. lib. 3. cap. 14. num. 5. & alij Et ratio est, quia cap. Episcoporum, de privileg. in 6. solum loquitur de eo, qui celebrat, vel celebrare facit in locis interdictis: ergo non debet extendi ad celebrantem in Ecclesia polluta, nam locus pollutus, seu violatio propriè non est interdictus. Vnde non est audiendus Naldus ver. Ecclesia num. 15. Nauarius in Manual. cap. 25. num. 94. Syluester verb. consecratio 2. quaest. 9. Graffius tom. 1. consiliorum lib. 3. cons. 2. num. 21. de consecrat. Eccles. & alij sentientes celebrantem in Ecclesia

Sup. hoc in  
Ref. seq. & in  
tom. 2. n. 1.  
Rel. 179. §. 2.  
ad medium,  
& in Ref.  
174. cursum  
ad medium,  
& in Ref. 177.  
§. vit. ad me-  
dium, ver-  
idem etiam.

Alibi in Re-  
solutionibus  
& §. not.  
præterita. Et  
pro vltimo  
contento in  
hoc §. ex  
consequen-  
tis Resol. 1.  
not. 1. huius  
Ref. in eius  
§. 2. ad me-  
dium ver-  
idem dictu-  
dum & in  
Ref. 4. dist.  
annot. §. No-  
ta, ante me-  
diū, & ver-  
At Bordo-  
nus, in quod